LANDESWETTBEWERB ALTE SPRACHEN 2003

LATEIN

A. Übersetzung

Erziehung und Bildung für alle!

Der Pädagoge, Philosoph, Theologe und Politiker Johann Amos Comenius (1592 - 1670) erhebt in seinem Werk „Didactica Magna“ folgende, für seine Zeit revolutionäre Forderungen:

Non divitum tantummodo aut primorum liberos, sed omnes pariter, nobiles et ignobiles, divites et pauperes, pueros et puellas per omnes urbes et oppida pagosque et villas scholis esse adhibendos sequentia evincunt.

Primo quicumque homines nati sunt, eodem principali fine nati sunt, ut homines sint, id est creatura rationalis, creaturarum domina, creatoris sui expressa imago. Omnes itaque eo promovendi sunt, ut litteris, virtutibus, religione dextre imbuti vitam praesentem utiliter transmittere, ad futuram autem digne praeparari queant. Apud Deum personarum acceptionem non esse toties ipse protestatur. Nos ergo, si quosdam tantum ad ingenii culturam admittimus aliis exclusis, iniurii sumus non solum in eiusdem consortes naturae, sed in Deum ipsum, qui ab omnibus, quibus imaginem suam impressit, agnosci, diligi, laudari vult. Quod utique eo ferventius fiet, quo maior cognitionis lux fuerit accensa. Tantum scilicet diligimus, quantum cognoscimus.

Deinde non liquet nobis, ad quos usus hunc aut illum divina destinarit providentia. Hoc certe constat e pauperrimis, abiectissimis, obscurissimis nonnumquam Deum eximia gloriae suae organa constituere. Imitemur itaque nos caelestem solem, qui universam collustrat, incalefacit, vivificat terram, ut quidquid vivere, virere, florere, fructum ferre potest, vivat, vireat, floreat, fructum ferat!

Non obstat aliquos natura hebetes et stupidos videri, nam id universalem hanc animorum culturam magis etiam commendat et urget. Quo enim quis tardioris aut malignioris naturae est, eo magis iuvari opus habet, ut a bruta hebetudine ac stupore, quantum potest, liberetur. Nec tantam ingenii infelicitatem reperire est, cui nihil prorsus emendationis afferat cultura.

Bitte beachten Sie die Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

B. Zusätzliche Aufgaben

1. Welche zwei lateinischen Rechtsgrundsätze verbergen sich hinter folgenden Bestimmungen des Artikels 103 des Grundgesetzes?

   (1) Vor Gericht hat jedermann Anspruch auf rechtliches Gehör.
   (2) Eine Tat kann nur bestraft werden, wenn die Strafbarkeit gesetzlich bestimmt war, bevor die Tat begangen wurde.

[4 BE]

2. Rekonstruieren Sie aus folgenden Bruchstücken die Inschrift des Saturntempels in Rom, die an dessen Renovierung im 4. Jhd. erinnern soll!

CEN	NUS	SE
CON	O	STI
DI	PLUM	SUMP
IN	PO	TEM
IT	PU	TU
LUS	QUE	TUM
MA	RE	TUS
NA	RO	

[6 BE]

3. Im alten Rom gab es aber wie heute nicht nur offizielle Inschriften. Schon die Römer verewigten sich gerne an allen möglichen Orten mit Graffiti. Dass die Qualität dieser Produkte nicht immer bestechend war und auch die Kritik mancher Graffti-Schreiber selbst provozierte, belegt folgendes Beispiel.
   Übersetzen Sie es in angemessenes Deutsch!

[5 BE]